Cum autem complacuit ei qui me segregauit ex utero matris meae
et uocauit per gratiam suam in gentibus continuo non adquieui
carni et sanguini setabii ad antecessores meos apostolos.

conseruis. uerba turpia et amatoria uel luxo
riosa ex ore uestro nolite proferre. Sed magis uici
nos et proximos uestros iugiter ammonite ut rem
per quod bonum est et honestum loqui studeant.
ne forte detrahendo male loquendo et in
sanctis festiuitatibus choros ducendo cantica
luxoriosa et turpia proferendo de lingua sua.
Unde debuerent dominum laudare; Unde sibi ui
dentur peccatum infligere. Isti enim infelices
et miseri qui balationes et saltationes ante ip
sas basilicas sanctorum nec metuunt nec erubescunt.
Et si christiani ad ecclesiam uenerunt, pagani ab ec
clesia reuertuntur. quia ista consuetudo
ballandi de paganorum obseruatione remansit.
Etiam uidete qualis est ille christianus. qui ad
ecclesiam uenerit non orare nec dicta orationes
sacri. legem paganorum non erubescet exercere. Con
siderate fratres karissimi. si iustum sit ut ex ore christi

© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_220/0020